



Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

HISTORIAE EC[CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI[NENTVR || Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ[stinæ] Episcopi lib. 10.|| Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti[ni] magni ad trigesimum ...

Christopherson, John

[Köln], 1569

Que[m]admodu[m] in Phoenicia restaurata sit Co[n]stantia, et in caeteris omnibus ciuitatibus idola summotā: et ecclesiae coaedificatae sint. Cap. XXXIX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29861

litiore mēbrana describi cures. Nostra clemētia ad puincia
 , p̄fectū literas dedimus, penes quē totius administrationis
 , summa est, vt quę ad eas cōficiendas necessaria videātur oīa
 , sūma diligētia suppeditari curet. Nā vt codices scripti q̄ ce
 , lerrimē apparētur, tuarū id partiū est. Ad eos verò p̄ferēdos
 , vehicula duo publica huius nostrę epistole auctoritate acci
 , pies. Ita enim q̄ pulchrē descripta sunt, etiā ad nostrū cōspe
 , ctū facillimē perferētur, si ad hoc mun^o obeundū aliquē ex
 , tua ecclesia ministrū delegeris: qui, vt ad nos venerit, nostrā
 , erga ipsū humanitatē sentiet. De^o te cōseruet frater dilecte.

Quomodo hæc volumina apparata sunt. CAP. XXXVII.

HOc Imperatoris mandatū res ipsa celeriter cōsequuta
 est, cum in membranis curiosē elaboratis, terniones &
 quaterniones mitteremus: quod ipsum altera impera
 toris responsio declarabit, in qua cū audisset urbē apud nos
 Cōstantiā, quæ ante quidē incredibili superstitiōe imbutos
 ciues habebat, nouo pietatis studio veterē idololatriæ erro
 ré cōmutasse: cū gaudere se significauit, tū factū hoc p̄bare.

*Quomodo Gaza emporiū, propier Christianismū ciuitatis no
 mine donata sit, et Constātia vocitata. CAP. XXXVIII.*

ITa igitur accidit, vt Constantia Palestinæ, quę salutarem
 Dei cultū sibi ascuerat: maiore cū apud Deū tū etiā im
 peratorē honore esset. Et quoniā iam eiusmodi extiterat,
 qualis antea nō erat: nomē vetus cū p̄statiore sororis impe
 ratoris noīe cōmutauit. Hoc idē pluribus in locis factitatū.

*Quēadmodū in Phœnicia restaurata sit Cōstantia, et in cæteris om
 nibus ciuitatibus idola sumnota: et ecclesiæ coedificatæ sint. CAP.*

Quemadmodū etiam in vrbe quadā Phœnicie impera
 toris cognomine, in qua ciues statuis p̄cne innumera
 bilibus in ignē coniectis, salutarē Dei legē surrogarūt.

In reliquis etiā puinciis, cū sua spōte homines ad salutis co
 gnitionē se adiūgerent: passim sanē oībus locis & urbib^o so
 lēnia sacra in oī itatuarū varietate posita, tanq̄ res vanas &
 futiles delebāt: & fana ac delubra mirandā in altitudinē ex
 ædificata, nemine p̄cipiēte solo æquabāt: eisdēq; fundamē
 tis ecclesias inædificātes, superiorē sentētiā errorēq; depone
 bāt. Sed oēs pij imperatoris res gestas sigillatim persequi nō
 nostrarū magis partiū est: quā eorum, qui perpetuo ad eius
 congressum sermonēq; adhibiti sunt. Nos verò, quoniā bre
 uiter quę nobis nota fuerūt, literarū monumētis mādauim^o:

P p 2 perge-

EVSEBII DE VITA

pergemus ad illud tempus, quod ipsius vitæ extremum fuit.

*Quòd tribus decenniis tres filios regio nomine cum deco-
tauerat dedicationem μαρτυρίου .i. sacra
Martyrum adis Hierosolymis cele-
brauit. CAP. XL.*

IGitur cum triginta ipse annos in imperio compleuerat filij eius numero tres, cæsares diuersis creabantur temporibus. Primus qui patris erat cognominis decimo paterni imperij anno honorem hunc adeptus est. Secundus aui nomine appellatus Constantius, vicesimo ferè imperij paterni anno, quando publicus solemnisque omnium hominum conuentus agebatur, renunciatus est. Tertius Constantius fuit: qui ipso nomine & appellatione præfens constantisque tempus perspicuè præ se ferens: tricesimo paterni regni anno ad honorem euectus est. Ita cum triplicem assimilatione ad trinitatem liberorum factum Deo gratum acceptumque procreasset: eundemque decimo quouis anno regia dignitate decorasset: extremum tricesimum annum accommodatissimum tempus sibi oblatum esse putauit: in quo omnium regum regi grates persolueret: quo tempore etiam optimum existimauit Martyrum domum incredibili & optimo studio ab se Hierosolymis cõadificatam consecrare.

*Quòd interea synodum Tyri haberi constituit ob
controuersias quasdam in Aegypto
natas. CAP. XLI.*

SED virtutis hostis inuidia etiam hac in re quasi tenebricosam nebulam clarissimis solis luminibus offundens: per controuersias quasdam turbatis denuo Aegyptiis ecclesiis, institutæ huius celebritatis splendorem obscurare conata est. Sed imperator omni cogitatione & cura in Deum defixa: collegit ex omni Aegypto, Africa, Asia, Europa, frequentem Episcoporum cõetum: eumque, tãquam Dei exercitum armis contactum obiecit huic inuido diabolo: mandauitque, primum vt quàm celeriter renouatã conuentionis finem facerent: deinde vt Martyrum domum, de qua dixi, consecrarent: Obiterque vt in Phœnicia Metro- poli